COMMENTARIUM IN FACULTATES APOSTOLICAS

BX1939
.F3
K66
1898
c.1

007639




1080020596

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

# COMMENTARIUM

IN

# FACULTATES APOSTOLICAS

*Episcopis necnon Vicariis et Præfectis Apostolicis per modum Formularum concedi solitas*

AD USUM VENERABILIS CLERI, IMPRIMIS AMERICANI

CONCINNATUM

AB

ANTONIO KONINGS, C. SS. R.

---

EDITIO QUINTA,

RECOGNITA ET AUCTA,

CURANTE

JOSEPH PUTZER,

*C. SS. R.*

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Capilla Alfonsina
Biblioteca Valverde y Tellez
Biblioteca Universitaria

FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ

VENIT

NEO-EBORACI, CINCINNATI, CHICAGIAE

APUD

BENZIGER FRATRES,

*Typographos Sedis Apostolicæ.*

1898.

44420

## Approbatio.

Librum, cui titulus: "COMMENTARIUM IN FACULTATES APOSTOLICAS, *Episcopis necnon Vicariis et Præfectis Apostolicis per modum Formularum concedi solitas, ad usum Venerabilis Cleri, imprimis Americani concinnatum ab Antonio Konings, C. SS. R.—Editio quinta, recognita et aucta curante Joseph Putzer, C. SS. R.*,"—a duobus Congregationis nostræ theologis, quibus ejusdem examen commisimus, recognitum et approbatum, potestate nobis a Reverendissimo P. Mathia Raus, ejusdem Congregationis Rectore Majore et Superiore Generali ad hoc facta, Ilchestriæ in Marilandia ex typographia nostra in publicam lucem edi permittimus.

In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas et sigillo officii nostri munitas dedimus.

*L.* † *S.* FERD. A. LITZ, C. SS. R.,

BALTIMORÆ, die 25 Mart. 1898. *Sup. Prov. Balt.*

## Imprimatur,

J. CARD. GIBBONS
*Archiep. Baltimorensis.*

BALTIMORÆ, die 26 Mart. 1898.

Copyright, 1897, by FERDINAND A. LITZ, C. SS. R.

FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ
44420

## LECTORI BENEVOLO.

VIX ullus in hac Republica invenietur Sacerdos, vel paullulum sacro ministerio functus, qui non perspexerit, quanti intersit, *facultates* a S. Sede Ordinariis ad Diœcesium gubernationem concedi solitas penitus nosse. Agitur enim in eis de rebus usus quotidiani ejusque ingenii, ut perperam tractatæ damnum plerumque non leve fidelibus afferant.

Qua de causa hortationi, imo etiam rogationi plurium hujus regionis Antistitum obsecundans, Rev. P. Antonius Konings per ultimos vitæ suæ annos breve commentarium harum facultatum conscripsit, quod demum post ejus obitum († 30 Junii 1884) evulgabatur.

Auctor, cujus memoria apud multos adhuc in benedictione est, ampla sua scientia permulta docte explicavit in opusculo illo, quod universim grato animo accipiebatur. At opus neque auctori ipsi neque aliis quibusdam viris doctis omni ex parte perfectum esse videbatur. Quapropter, successore Henrico Kuper brevi tempore post, scil. 9 Novembris 1887, item e vivis erepto, ex Superiorum dispositione in ejus locum suffectus novam editionem fusiore calamo pro viribus adornandam suscepi. Imprimis partem generalem commentario ipsi addendam esse putabam. Etenim non solum rationi consonum est, sed etiam cuique in scientiis vel obiter versato jucundum esse solet, quidquid varietatem aliquam rerum in se continet, priusquam in specie ob oculos proponatur, sub generali quodam conspectu contemplari. Itaque ut huic quasi legi satisfiat, in parte priore hujus opusculi facultatum *natura et indoles* indagantur. Tum regulæ ex jure desumptæ pro earum *recta interpretatione* statu-

007630

untur. Deinde cum non omnes per eos, quibus immediate conceduntur, scil. per Episcopos ipsos, exerceantur oporteat, de modo agitur, quo ab Episcopis per *communicationem ac subdelegationem* Sacerdotibus impertiantur. Porro quoniam hoc genus facultatum ad certos annos aut ad certum numerum casuum Episcopis, ab his autem non raro Sacerdotibus vel ad casus particulares vel etiam magis generaliter concedi assolet, de varia earum *cessatione et expiratione* sermo instituitur. Demum ostenditur facultatum *applicatio* in praxi facienda, scil. qui sint, quibus applicari possint debeantve, quomodo si non habeantur, impetrandæ, et habitæ aut obtentæ exequendæ sint.

Hoc quasi fundamento prius posito, superstruitur pars posterior seu specialis, in qua Formulæ ipsæ secundum ordinem Articulorum seu facultatum suarum, ita, quantum fieri potest, illustrantur, ut nihil fere pro praxi desiderandum relinquatur. Unde hunc in fidem sucus doctrinæ idoneus unicuique Articulo additur, quatenus tum Decreta SS. Congregationum præsertim recentius edita, tum ad majorem confirmationem uberioremque materiæ explanationem auctores probati, ii imprimis, qui in omnium manibus esse solent, allegantur. Decreta vero ex fontibus propriis vel ex variis libellis periodicis plerumque non quidem ad verbum transcribuntur, sed tamen fideliter (ni fallor) citantur, addito fere semper loco, in quo eorum tenor reperiri poterit. Ita satius esse videbatur, ne moles operis nimium excresceret.

In Appendice prima dein Formulæ ordinariæ Episcopis Germaniæ, Austriæ, Belgii, Hiberniæ, Galliæ, etc., necnon Præfectis Apostolicis concedi solitæ adduntur, quarum explicatio facile ex Formula prima desumitur. Formula secunda autem Episcoporum Angliæ et Scotiæ primæ, a qua non multum differt, inserta est. In reliquis Appendicibus non pauca inveniuntur, quæ pro accuratiore cognitione hujus materiæ et pro usu practico haud inutilia esse videntur. Imprimis pro Canada quædam



specifica adduntur. Insuper non inopportunum videbatur Censuras latæ sententiæ, hodiedum vigentes enumerare, necnon *Pagellam S. Pœnitentiariæ*, licet Episcopis Statuum horum Foederatorum, ni fallor, non concessam, et Decretum *Quemadmodum* inserere. Demum eæ additiones et mutationes, quæ ex Decretis SS. Congregationum Romanarum nuperrime publici juris factis, in variis libri locis necessariæ evaserunt, remissive ad hæc allatæ sunt.

Quæ ita sincere nec sine labore ac studio conscripsi, spero, fore, ut Venerabili Clero—Americano præprimis—aliquid utilitatis afferant, longe tamen abest, ut opiner, vel omnes difficultates, quæ in re tantopere intricata exurgere possint, esse superatas, vel cuncta, quæ proposuerim, esse inexpugnabilia. Sentio potius, dubia adhuc superesse haud pauca, ad quæ solvenda si doctiores sive ex sui ingenii penu sive ex consultatione S. Sedis plus minusve contulerint, certe omnium benevolorum gratiam merebuntur. His demum, et præ cæteris S. Sedis Apostolicæ oraculis, hic libellus, totus quantus est, subjectus esto. Numquam paratissimus non ero, judicium meum, salva semper meliore aliorum prolatum, cuicumque, qui melius sapiat, prorsus submittere, gratoque animo accipiam, quæ mihi pro nova editione, si quam comparare concedatur, sin minus, pro evulgatione in foliis periodicis benigne communicata fuerint. Iis omnibus denique, præsertim Reverendissimis Episcopis, qui in hoc volumine conficiendo sive consilio sive documentis præstitis sive alio quoquo modo mihi adjumento fuerunt, ex corde gratias ago maximas, idque tantum per B. M. V. intercessionem Deum O. M. rogo, ut labor susceptus aliquid saltem conferat ad Ipsius honorem et ad animarum salutem.

Scripsi ILCHESTRIÆ in Marilandia die 19. Mart. 1898.

JOSEPH PUTZER,
*Cong. SS. Red.*

(Ilchester, Howard Co., Maryland.)

OPERA SÆPIUS ALLEGATA:

I. INTER CONCILIA: Tridentinum,—Concilia Plenaria Baltimorensia,—illa quæ in *Collectione Lacensi* continentur,—Conc. Prov. *Antequerense*, Oaxacæ (Mexico) celebratum et post recognitionem S. C. C. 12. Dec. 1894 promulgatum, Romæ 1894.

II. INTER MORALISTAS: 1) S. **Alphonsus** (cujus Theol. Mor. juxta ed. 2. a P. Haringer, servato ordine librorum originario, procuratam citatur),—2) **Ærtnys** (ed. 3.),—3) **Ballerinii-Palmierii**: *Opus morale*,—4) **Bucceroni**: *Institutiones Theol. mor.*, et ejusd. *Casus conscientiæ*. Ed. 1. in duabus part.,—5) **D'Annibale** (*Summula* ed. 3.),—6) **Gury-Palmieri**, Prati 1894,—7) **Corre** (Prof. in Sem. Nagasakiensi): *Notæ addititiæ* ad P. Gury, Hong-Kong. 1890,—8) **Kenrick**: *Theol. Mor.* Mechlin. 1860,—9) **Konings**: (Comp. ed. 7.).—10) **Lehmkuhl** (ed. 6.),—11 **Marc** (ed. 8),—12) **Sabetti** (ed. 12.),—12) **Sica**: *Casus conscientiæ* in Missione Nankinensi. Zi-ka-wei. 1881,—13) **Gallo**: *Suppetiæ* Evang. præconibus oblatæ, Romæ 1872.

III. INTER CANONISTAS: 1) **Aichner** Ep. Brixinen. *Comp.* (ed. 6.),—2) **Bonal**: *Inst. can.* Tolosæ 1886,—3) **Brabandère**: *Jur. can. Compend.* ed. 4 Brugis. 1882,—4) **De Angelis**,—5) **Gasparri**: *De Sacra Ordinatione*, Parisiis. 1893.—6) **Nilles**: *Commentaria* in Conc. Plen. Balt. iii. Œniponte. 1888,—7) **Pennacchi**: *Comment.* in const. *Apost. Sedis.* Romæ,—8) **Pezzani**: *Codex* S. C. R. Ecclesiæ, Romæ, 1893-1896,—9) **Sanguineti**: Ed. 2,—10) **Smith**: *Elements of Eccl. Law.*—Ejusd. *Comp. jur. can.*,—11) **Zitelli**: *Apparatus* jur. eccl. Romæ 1886,—12) Inter antiquiores: **Reiffenstuel**, præsertim ejus Appendix ad lib. iv. Decretal., **Schmalzgrueber** et **Benedictus XIV.**

IV. Inter *Auctores*, qui de MATRIMONIO scripserunt: 1) **Feije**: *De impedimentis* ed. 3 et 4. (Citationes in parenthesi ad ed. 4. spectant.),—2) **De Becker** (Prof. Lovaniens.): *De Sponsalibus* et *Matrimonio* prælectiones. Bruxellis 1896,—3) **Gasparri**: *Tractatus* (ed. 2., a 1ma nihil fere differens),—4) **Heiss**: *de Matr.* 1861,—5) **Ioder**: *Formulaire Matrimonial.* Paris. 1889,—6) **Kutschker** (Archiep. Vindobonen. et Card.): *Eherecht.* Wien. 1857,—7) **Matharan**: *Casus de Matr.* Paris. 1893,—8) **Planchard**: *Dispenses Matr.* Angoulème. 1882,—9) **Rosset** (Ep. Maurianen.) *De Sacramento Matrimonii.* 1895,—10) **Zitelli**: *De dispensationibus Matr.* Romæ 1887.



V. INTER OPERA COLLECTIVA: 1) *Acta S. Sedis* Romæ 1865 seq. 2) *American Ecclesiastical Review*, 1889 seq. 3) *Analecta ecclesiastica.* Romæ 1893 seq. 4) **Bizzarri**: *Collectanea* S. C. Ep. et Reg. 1863. 5) *Bullarium* S. C. de Prop. F. Romæ 1839–41. 6) *Collectanea* Constitutionum, Decretorum . . . S. Sedis ad usum societatis *Missionum* ad exteros. Parisiis 1880. 7) *Collectanea* S. C. de Prop. Fide. Romæ, 1893. 8) **De Martinis**: *Jus Pontificium* de Prop. Fide. Romæ, 1888 seq. 9) *Decreta Authentica* S. C. Indulgentiis sacrisque Reliquiis præpositæ. Pustet. 1883. 10) *Ephemerides liturgicæ.* Romæ 1887 seq. 11) **Ferraris**: *Bibliotheca canonica* (ed. Migne). 12) **Gardellini**: *Decreta Authent.* S. R. C. 13) *Irish Ecclesiastical Record.* 14) **Lucidi**: *De Visitatione S. Liminum.* ed. Schneider. Romæ 1883. 15) **Monacelli**: *Formularium legale.* Romæ 1844. 16) *Il Monitore ecclesiastico.* Conversano. 1877 et seq. 17) *Nouvelle Revue Théologique.* Tournai 1869 seq. 18) *Rescripta authentica* S. C. Indulg. Pustet. 1885. 19) *Theol. prakt. Quartalschrift.* Linz. (Austria). 20) *Zeitschrift für kath. Theologie.* Innsbruck. 1877 seq. 21) *Pastoralblatt für Nordamerica.* St. Louis, Mo. 1866 seq. 22) *The Pastor*, by Rev. **Wiseman.** New York 1882–88.

VI. Inter auctores, qui de CONFRATERNITATIBUS, INDULGENTIIS etc. scripserunt:

**Beringer**: *Die Ablässe.* Paderborn. 1887 et 1893. Ed. 9 et 10. (Opus a. S. Congr. Indulg. approbatum).

Paginarum citationes in parenthesi exhibitæ editionem decimam respiciunt.

VII. Inter AUCTORES PRACTICOS, qui specialius de Congregationibus Cardinalium et de *Facultatibus Apostolicis* scripserunt: 1) **Baart**: *The Roman Court.* Milwaukee. 1895. 2) **Bray** Geraldus: Congr. Miss., Ep. Lengonen. et Vicarius Apost. Provinciæ Kiang-si: *Apostolicæ Facultates earumque Commentarius.* Parisiis 1879. 3) **Taschereau** (Archiep. Quebecen. et Card.): *Discipline du Diocèse de Québec.* 1879. (Ed. 2. de 1895

in appendice tantum citatur.) 4) *Recueil d'Ordonnances du Diocèse de Québec* 1865. 5) **Pyrrhus Corradus**: *Praxis Dispensationum Apostolicarum* ap. Migne: Theol. curs. compl. vol. xix. 6) **Renzi** Jos. M., O. M. Conv. (Per plures annos in Pœnitentiaria Aedis Lauret. Rector): *Series eorum, quæ scitu necessaria sunt Pœnitentiariis cœterisque S. Pœnit. Ministris. Viterbii* 1786. 7) **Tiburtius Navar,** O. S. F. (Pœnitentiarius Innocentii IX.): *Manuductio* ad praxin executionis litterarum S. Pœnit. Romæ 1688.

*Ad hæc sequentes* **abbreviationes** *referuntur:*

*A. E. Rev.* = American Eccl. Review. (Supra V. 2.)

*Ber.* = Beringer: Die Ablässe. (Supra VI.)

*Coll. Miss.* = Collectanea . . . ad usum Soc. Missionum. (Supra V. 6.)

*Coll. Prop.* = Collectanea S. Congr. de Prop. Fide. (Supra V. 7.)

*C. Pl. B.* = Concilium Plenarium Baltimorense.

*Decr.* = Decreta Authentica S. C. Indulg. (Supra V. 9.)

*Linz. qu. Schr.* = Theolog. prakt. Quartalschrift. (Supra V. 19.)

*Mon. eccl.* = Il Monitore ecclesiastico. (Supra V. 16.)

*N. R. Th.* = Nouvelle Revue Théologique. (Supr. V. 17.)

*Pag. S. Pœn.* = Pagella S. Pœnitentiariæ. (Infra n. 251. 252.)

*Past. Bl.* = Pastoralblatt für Nordamerica. (Supra V. 21.)

*Rescr.* = Rescripta Authentica S. C. Indulg. (Supra V. 18.)

*Zit. App.* = Zitelli: Apparatus jur. eccl. (Supr. III. 11.)

*Zit. Disp.* = Zitelli: De Dispensationibus Matr. (Supr. IV. 10.)

# INDEX SYNOPTICUS.

APPROBATIONES, . . . . . . . . ii

LECTORI BENEVOLO, . . . . . . . . xi

OPERA ALLEGATA, . . . . . . . . xiv

## COMMENTARIUM IN FACULTATES APOSTOLICAS.

### PARS PRIMA.

### *DE FACULTATIBUS APOSTOLICIS IN GENERE.*

CAP. I. NOTIO ET INDOLES FACULTATUM APOSTOLICARUM, . . . . . . . . . . 1–8

Notio, Divisio, 1.—Relatio facultatum: ad potestatem quasi-ordinariam et inter se, 2.

CAP. II. INTERPRETATIO FACULTATUM APOSTOLICARUM, . . . . . . . . . . 8–34

Art. I. *Regulæ generales*, . . . . 8–20

Principia generalia interpretationis, 3, 4.—Regula facultatibus propria, 5.—Comprehensiva et *lata interpretatio* facultatum pro personis indeterminatis, 6.—Exceptio, 7.—Comprehensiva et *stricta interpretatio* facultatum pro personis determinatis, 8.—Interpretatio extensiva, 9, 10.—*Stylus curiæ*, 11, 12.—Clausulæ, 13.—Stylus Curiæ nunc vigens, 14.

Art. II. *Applicatio ad Casus speciales*, . . 20–34
*Cumulatio* facultatum, 15.—Facultates pro *matrimoniis contrahendis*, et *contractis*, 16;—pro *foro externo*, 17;—*interno*, 18, 19;—pro *utroque foro*, 20, 21.—De usu facultatum Formularum pro foro interno tantum, 22.—Facultates pro delictis etc. *publicis* et *occultis*, 23.

CAP. III. COMMUNICATIO ET CESSATIO FACULTATUM APOSTOLICARUM, . . . . . . . 35–62
Notitiæ præviæ de *potestate jurisdictionis* in genere (præsertim Episcoporum).—Jurisdictio ordinaria et *quasi-ordinaria*, 24–26;—jurisdictio *delegata*, 27.

Art. I. *De Facultatum Communicatione*, . 40–45
Principia, 28 seq.—Quas facultates Episcopi nostri communicare possint, 32.—Quas de facto communicant, 33.—Jus et obligatio, eas communicandi, 34.—Modus communicandi, 35.—Error in communicatione, 36.

Art. II. *De Facultatum Cessatione*, . . 49–62
§ 1. *De Cessatione Facultatum in se*, . . 49–60
Morte concedentis, 37, 38.—Morte privilegiati; tempore elapso, 39.—*Prorogatio;* numero exhausto, 40.—Revocatione, 41.—Renunciatione, 42.—Negotio finito, 43.—Causa cessante, 44.

§ 2. *De Cessatione effectus Facultatum*, . 60–62

CAP. IV. DE USU FACULTATUM APOSTOLICARUM, 63–118
Art. I. *De iis, in quorum Favorem applicandæ sunt*, . . . . . . . . . 63–83
De *excommunicatis*, 46, 47.—De *subditis Episcopi*, 48–51.—De *territorio* exercitii facultatis, 52, 53.—De *territorio* usus gratiæ concessæ, 54–56.—De *causa* ad dispensandum requisita, 57, 58.—De obligatione facultates adhibendi, 59.



Art II. *De Modo Facultates expetendi*, . . 83–99
Prævie de *varia potestate Episcoporum* quoad *dispens. matr.*, I. de indulto quoad concubinarios: II. de potestate quasi-ordinaria, 60–62.—Observanda quoad *supplicam*, 63, 64;—ejus formulam, 65.—Omnia impedimenta in eadem supplica, 66;—apud S. Sedem, 67.—Cujus nomine supplicandum, 68;—si partes diversæ Diœcesis sunt, 69. Mentio prioris supplicæ, 70.

Art. III. *De Modo Facultates applicandi et exequendi*, . . . . . . . . . . 99–133
§ 1. *De Modo Procedendi in Curia Romana*, 99
I. *Rescripta pro foro externo*, . . . 101–108
*Absolutio* ad cautelam, 73.—*Inquisitio* de precum veritate, 74.—*Absolutio* a censuris,—*pœnitentia*, 75.—Eleemosyna, 76.—Parito judicato—*scandalum*—*occasio peccati*—*raptus*—*munera*, 77.—Quid a Parocho agendum, 78.

II. *Rescripta pro foro interno*, . . . 108–115
Confessarius executor, 79.—*Inquisitio* de veritate precum, 80.—*Absolutio*, *Occasio*, 81.—*Pœnitentia*, 82.—In matrimoniis contractis, 83, 84.—Fulminatio dispensationis, 85.—Notificatio dispensationis factæ, 86.

§ 2. *De Modo Procedendi in Executione Facultatum Apostolicarum*, . . . . . 115–122
I. Inquisitio, 87.—II. Forma executionis pro foro externo, 88, 89;—pro foro interno. Si impedimentum natura sua publicum per accidens occultum est, 90, 91.

§ 3. *Formulæ Litterarum Supplicum pro dispensationibus obtinendis*, . . . . 122–133
*Prænotanda*, 92.—Pro impedimentis publicis, 93;—pro occultis, 94.—Matrimonio contracto;—pro sanatione in radice;—

"Perinde valere;"—pro redintegratione dispensationis a confessario concessæ, 95. —Formulæ in lingua anglica, 96.
*Appendix:* Formulæ in S. C. de F. F. exhibitæ, . . . . . . . . . 135–140

## PARS SECUNDA.

## *DE FACULTATIBUS APOSTOLICIS IN SPECIE.*

NOTITIÆ PRÆVIÆ DE VARIIS FORMULIS ET DE FACULTATE CUMULANDI, 97, . . . . . . . 141

**Formula I.**, . . . . . . . . . . . . 144
Art. 1. Ordinandi *extra tempora* et *non servatis interstitiis*, 98 seq., . . . . . . . 144
" 2. Dispensandi in *irregularitatibus*, 102 seq., . 150
" 3. Dispensandi super *ætate* unius anni, 105, . 158
" 4. Dispensandi *vota*, 106 seq., . . . . . 159
" 5. Absolvendi et dispensandi in *simonia*, 111 seq., 169
" 6. Dispensandi in *consanguinitatis* et *affinitatis* gradu 3. et 4. (resp. 2.), 114 seq., . . 174
" 7. Dispensandi in *publica honestate* ex sponsalibus, 122, . . . . . . . . . 185
" 8. Dispensandi super impedimento *criminis*, 124, 188
" 9. Dispensandi super imp. *cognationis spiritualis*, 125, . . . . . . . . . . 193
" 10. Clausulæ ad Art. 6–9, 126, . . . . . 195
" 11. Dispensandi ab *interpellatione* in casu Apostoli, 127 seq., . . . . . . . 197
" 12. Conficiendi Olea Sacra cum paucis Sacerdotibus, 133, . . . . . . . . . 211
" 13. Delegandi Sacerdotibus facultatem benedicendi *paramenta* et *utensilia Missæ*, necnon *reconciliandi Ecclesiam*, 134, . . . . 213
" 14. Largiendi ter in anno *indulgentiam plenariam*, 136, . . . . . . . . . . 217



Art. 15. Absolvendi ab *hæresi* et *schismate*, 137 seq., . 218
" 16. Absolvendi ab omnibus *censuris Papalibus*, 139 seq., . . . . . . . . . 226
*Addenda:* § 1. De absolutione *a casibus reservatis in genere*, 141 seq., . . . 231
§ 2. De *Sacerdote, qui complicem absolvit*, 146, 247
" 17. Concedendi *indulgentiam plenariam* conversis ab hæresi et fidelibus in *articulo mortis*, 147 seq., . . . . . . . . . . 253
" 18. Concedendi *indulgentiam plenariam* in *Oratione XL Horarum*, 150, . . . . . 258
" 19. Lucrandi sibi easdam indulgentias, 151, . 259
" 20. *Privilegium altaris* pro feria secunda, . . 260
§ 1. De privilegio altaris in genere, 152, . 260
§ 2. De facultate præsentis Articuli, 156, . 263
" 21. Legendi *libros prohibitos*, 157, . . . 265
" 22. Præficiendi parochiis Regulares, 158, . . 267
" 23. Facultates pro *celebratione Missæ*, . . . . 268
§ 1. De facultate *binandi* Missam, 159, . . 269
§ 2. De facultatibus quoad *tempus, ministrum, locum, altare* et *coofferentes* Missæ, 161 seq , . . . . . . . . 275
" 24. Deferendi SS. *Sacramentum sine lumine*, 163 seq., . . . . . . . . . . 282
" 25. Induendi se *vestibus sæcularibus*, 167, . . 289
" 26. Recitandi Rosarium vel alias preces loco *Officii divini*, 168, . . . . . . . 290
" 27. Dispensandi *super esu carnium* tempore jejunii,
§ 1. *Explicatio* Articuli, 169, . . . . . 292
§ 2. *Indulta* quoad jejunium et abstinentiam, 295
" 28. Prædictas facultates *communicandi* Sacerdotibus, 170, . . . . . . . . 299
" 29. Clausulæ: *gratis . . . nec extra* fines Diœcesis, 172, . . . . . . . . . . 302

**Formula C.**, . . . . . . . . . . . 305
Art. 1. *Anticipandi Matutinum* ab hora 2 p. m. 173.
" 2. Legendi *libros prohibitos*, 174, . . . 308

Art. 3. Dispensandi cum *Diaconis* super quatuordecim menses, 176, . . . . . . 309
" 4. Dispensandi Parochos a *Missa pro populo*, 177, 309
" 5. Permittendi Catholicis, ut acatholicis carnes præbere valeant, 178, . . . . . . 311
" 6. Deputandi *Sacerdotem* ad *consecrandum calices*, patenas et *altarium lapides*, 179, . . . 312
" 7. Impertiendi quater *Benedictionem Papalem*, 181, . . . . . . . . . . . 315
" 8. Declarandi *privilegiatum* in qualibet Ecclesia unum *altare*, 182, . . . . . . 318
" 9. Benedicendi *Cruces* etc. et erigendi *Confraternitates*, 183 seq., . . . . . . . 319
§ 1. De *rebus devotionis* indulgentiandis, . 319
§ 2. De *Confraternitatibus*, . . . . . 323
*AA.* De eisdem *in genere*, 185 seq., . 323–345
Erectio per Episcopum: 185,—Statuta: 186,—Rector: 187,—Indulgentiæ: 188,—Erectio per Generales Ordinum et aggregatio: 189,—Receptio fidelium: 190–192,—Gratiæ confrttum et obligationes: 193,—Gubernatio: 194,—Dissolutia cfrttum: 195.
*Appendix:* Formulæ pro erectione, aggregatione et inscriptione obtinenda, . . . . 343
*BB.* De Confraternitatibus, quæ vi hujus Art. erigi possunt, . . . . . . . 345
I. De *Confraternitate* B. M. V. *de Monte Carmelo*, . . . . . . 345
Punct. 1. De Scapularibus, 196 seq., 346
Punct. 2. De Confr. S. Scapularis ipsa, 200, . . . . 351
II. De *Confraternitate* SS. *Rosarii*, . 353
Punct. 1. De Rosariis in genere, 201, 353
Punct. 2. De Confr. SS. Rosarii ipsa, 202, . . . . . 356
III. De *Confraternitate Bonæ Mortis*, 203, 357
*Corrollaria* quoad facultatem erigendi Confraternitates in præsenti Art. contentam, 204, 358



Art. 10. Erigendi *stationes Viæ Crucis*, . . 359–365
I. Ubi et II. a quo erigi possunt? 205.—III. Quid ad erectionem validam requiritur? 206.—IV. Post erectionem, 207.—V. Indulgentiæ Viæ Crucis, 208.—VI. Corollaria, 209, **App. I.** *Formulæ;* **II.** *Crucifixi Viæ Crucis*, 210, . . . . . . . . . . . 366
" 11. Promovendi Clericos ad *titulum Missionis*, 211, . . . . . . . . . . 369
" 12. Delegandi *benedictionem campanarum*, 212, . 373
" 13. Usus facultatum *gratis* fiat, nec *extra Diœcesin*, 213, . . . . . . . . . . 376

**Formula D.**, . . . . . . . . . . . 376
Art. 1. Dispensandi super *cognatione spirituali* inter levantem et levatum, 214, . . . 376
" 2. Dispensandi super *occulta affinitate* ex copula illicita, 215, . . . . . . . 376
" 3. Dispensandi super *disparitate cultus*, 216, . 379
" 4. Dispensandi super *mixta Religione*, 221, . 388
" 5. Dispensandi super *consanguinitate et affinitate* in matr. mixtis contractis, 222, . . . 389
" 6. *Sanandi in radice* matrimonia invalida ob impedimentum occultum, 224, . . . 396
" 7. In prædictis absolvendi et prolem legitimandi, 226, . . . . . . . . . . 400
" 8. Subdelegandi prædictas facultates, 229, . . 401
Paragraphus finalis de causa, eleemosyna et certioratione S. Sedis, 233, . . . . 404

**Formula E.**, . . . . . . . . . . . 406
In utroque foro, 236, . . . . . . 406
Art. 1. Dispensandi in 1. *gradu affinitatis* licitæ, 238, 407
" 2. Dispensandi in 1. *et* 2. *consanguinitatis* et affinitatis gradu, 240, . . . . . . . 408
" 3. Dispensandi in 2. consanguinitatis et affinitatis *gradu æquali*, 241, . . . . . . 409

Art. 4. Dispensandi in 1. *gradu affinitatis illicitæ*, in impedimento publico, 242, . . . . 410
Clausulæ de absolutione, legitimatione prolis, causa et potestate subdelegandi in prædictis, 243, . . . . . . . . . . 411

APPENDIX I.

**Formula III.** (pro Episcopis Germaniæ, Austriæ, Hungariæ, Belgii, etc.), 244, . . . . 414
" **IV.** (pro Præfectis Apostolicis), 245, . . 416
" **VI.** (pro Episcopis Hiberniæ), 246, . . 419
" **X.** (pro Episcopis Galliæ), 247, . . . 421

APPENDIX II.

Responsum S. Officii de 2 Julii 1884, 248, . . . 422

APPENDIX III.

*Facultates extraordinariæ Episcoporum Canadensium :*

**Formula T.**, 249, . . . . . . . . . . 426
Facultates Episcoporum Provinciæ Quebecensis, 250, . 430

APPENDIX IV.

*Pagella S. Pœnitentiariæ :*

pro Episcopis, 251, . . . . . . . . . . 432
pro Confessariis, 252, . . . . . . . . . 437

APPENDIX V.

*Censuræ adhuc vigentes :*

A. in Bulla *Apostilicæ Sedis*, 253, . . . . . . 439
B. extra hanc Bullam, 254, . . . . . . . 450

APPENDIX VI.

Decretum *Quemadmodum*, 255, . . . . . . 455

APPENDIX VII.

*Additiones et emendationes*, 256, . . . . . . 460
*Index Alphabeticus.*

# COMMENTARIUM
IN
# FACULTATES APOSTOLICAS.

---

## Pars Prima.

## DE FACULTATIBUS APOSTOLICIS IN GENERE.

---

## CAPUT I.

### NOTIO ET INDOLES FACULTATUM APOSTOLICARUM.

Ad naturam indolemque facultatum dignoscendam sufficiet, notione et divisione exhibita, relationem earum tum ad potestatem ordinariam Episcoporum tum inter se compendiarie monstrare.

**1.—Notio.** Facultas in sensu juridico[1] significat quamcumque potestatem in jure sive proprio sive alieno fundatam aliquid valide aut licite agendi. Strictius vero[2] prout hic præsertim sumitur, facultas denotat potestatem, quam Superior ecclesiasticus jurisdictione in foro externo præditus cuidam sibi quoquo modo subdito personaliter concedit, aliquid sive in foro conscientiæ tantum sive etiam pro foro externo valide aut licite aut saltem tuto agendi.

**Divisio.** I. *In genere:*

**a.** *Ratione objecti* juxta dicta per facultates conceditur aut 1. quædam jurisdictio, ut absolvendi a peccatis et censuris,

[1] De aliis significationibus hujus vocis cfr. Lexicographos.
[2] *Freib. Kirchenlex.* ed. 2, vol. iv. p. 1195: *Facultäten.*